

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 3

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Liber 3^{us}

De postulando

Lib. 3.

De hoc tit. vid. ^{in Can.} Engel l. i.
Tit 38.

Titulus 2

De his qui notantur infamia

Q. 1. Quid et quotuplex sit infamia?

Q. 1. Infamia est macula ex facto turpi contracta, existimatione alicujus cadens. Differt à levis nota macula, qua non ex illicito, sed vili et sordido vite genere oritur, quali laborant, carnifices, excoeratores &c.

Q. 2. Infamia est vel juris vel facti.

Infamia juris est, qua certo facto jure civili expresse imponitur. Facti infamia, qua auctoritate virorum proborum injungitur ab factum jure civili non notatum, sed bonis moribus, et decore Reipublicae adversum ~~v. g. Cappicij, vulgariis, et professionis meretriciae in lais, ubi haec poenitentia tolerantur~~

Q. 2. quomodo haec duae species differant. Q. ex causa efficiente, modo probandi, et effectu; nam Infamia juris oritur ex facto jure civili notato. infamia facti vero ex facto honestati naturali et decore Reipublicae adverso. Infamia juris probatur per duos testes, infamia facti longe plures requirit. Infamia juris remouet ab honoribus susceptis, facti auct à suscipiendis, ^{l. 2. C. de dignit.} ~~non tamen ex aliis qua lege civili, sed ex voluntate eorum, quibus de honoribus et officiis disponendi jus est~~

Lib. 3.

2.3. A quo irrogatur infamia juris? R. vel
im^o a lege, vel mediante judicis senten-
tia. Infamia à lege fit, cum crimen inest no-
torium, ut nullo modo negari possit;

A lege infamiam incurrunt exercentes Lenoci-
nia, histriones, qui questus causam in scenam pro-
ducunt C. si nisi minorene, sint l. 2. c. ex
quibus caus. infam. si deprehensi in adulterio, con-
trahentes incestuosas nuptias, polygami, viola-
tores sepulchrorum, et olim etiam nubens intra
annum luctus, quod tamen de jure Can. correc-
tum videtur ex c. penult. et fin. de secund.
nupt.

Per sententiam vero judicis infames sunt,
damnati publico judicio v. g. Casus Majestatis,
de raptu, de adulterio de homicidio C. et
etiam damnatus furti, injuriarum et doli, item
damnatus ex actione depositi, mandati pro socio
et tutela, modo propter dolum condemnatio fiat

+ quod

2.4. Quinam incurrant infamiam facti, in re-
pe, qui quidem ab ipso jure nulla infamia expressè
notantur, sed tamen aliquid tale perpetrando
propter eorum opinio et existimatio apud hones-
tos et probos gravatur. Vide is, in quem judex
per interlocutoriam graviter invecus fuerit, vel
filius, quem pater in testamento tanquam malum
increpaverit, infamia facti notatur. C. 20 ff.
de his qui not. Existimat Engel §. l. 2. §. 20
n. 15. Omnia illa delicta, ex quibus per senten-
tiam irrogatur infamia juris ante sententiam
facere delinquentem infamem infamia facti.

Porro causa efficiens infamiae est turpe
factum, causa impulsiva propter quam quis
infamiam notatur, est dolo: quoniam nulla
infamia alicui sine dolo irrogatur, l. 6. §.
5. ult. ff. de his qui not. inf. Forma infa-
mie ex definitione est, ut delicta puniantur,
et alii gravitate poena à delictis absterreantur.
Effectus infamiae est varius, ^{1^{mo}} repellit infames
à dignitate et honore l. 2. c. de dignit. l. 3.

Tit. 2.
C. de re milit. 2.^{do} infames non possunt
esse testes, quoniam infamiam dicitur non esse
ditur l. 3. ff. de test. 3.^{to} nec militare
possunt ob ignominiam notam: nec 4.^{to} in con-
silio Magistratibus assidere possunt l. 2. ff. de
officiis Apress.

8
Lib. 3.

L. 5. quamdiu juris infamia nota semel
impressa duret?

R: eam esse perpetuam, si poena dictata sit etiam
perpetua, vel etiam si infamia sine certi tem-
poris assignatione fuerit infligita l. 43. §. 4.
ff. de rit. nupl. At vero si alicui temporali
sumatur poena v. g. relegatio ad quinquennium
imponatur, probabiliter est elapso hoc tempore ex-
tingui infamiam l. 3. C. ex quibus causis infam.
modo saltem ex poenitione iudicis arbitraria im-
posita fuerit; nam illa quae ex delictis famosis provenit
atque ab ipso iure infligitur videtur esse perpetua
l. 6. C. eodem.

L. 6. quis tales infamiam notatos restituere potest? et pristino honore

R: 1. Summum Pontificem quo ad dignitates Ec-
clesiasticas. Abbas ad c. cum te n. 10 de sent. et
re iud. 2.^{do} Imperator p. l. 1. ff. de postulando
3.^{to} etiam alii principes, et omnes is, qui hoc
privilegium ab Imperatore consecuti sunt.

Tit. 3.

De procuratoribus

~~De hoc tit. dicta est ad ius Can. Tit. l.~~

~~tit.~~
De hoc tit. videri potest Engel ad ius
Canon. l. 1. §. 4. 38.

Tit. 4.

Quod cuiuscumque universitatis nomine
vel contra eam agatur.

De hoc item titulo ~~idem Engel~~ videri po-
test l. 1. tit. 39. decret.

De negotiis gestis

7 quasi

Q. 1. Quid sit negotiorum gestio. R. est contractus, quo quis sine mandato absentis et ignorantis negotia utiliter gerit, sed ad rationem de negotiis gestis reddenda tacite obligat et absentem quoque Dominum sibi ad restituendum id quod impensum est, adstringit. Tot. hoc tit.

Q. 2. Unde introducta sit hac obligatio in negotiorum gestione. R. ob publicam utilitatem, ne absentium et ignorantium negotia perirent, §. 1. Inst. de oblig. qua ex quasi contract. na negotia perirent, ut homines interdum peragere proficiscantur, quasi statim redituri, et ob id nemini negotiorum suorum curam commendant; postea novis causis intervenientibus diutius abesse coguntur. Quod si in his et aliis casibus negotiorum gestio non daretur valida actio ad necessarias vel utiles impensas sibi refundendas, nullus certe negotia absentium cum proprio suo damno curaret. * Ceterum actio hac negotiorum gestiois rara est, dum pauci inveniuntur, qui res alienas ob Dominorum absentiam neglectas ad fideliter administrare desiderant.

Q. 3. Quot sint negotiorum gestiois requisita. R. tria ex dictis. 1. ut negotium absentis et ignorantis sit gestum, nam si Dominus sciret, negotium suum geri, et cum posset, non prohiberet, mandasse intelligeretur; ratio est, quia qui tacet in hoc casu consentire videtur. 2. ut negotium alterius sine mandato obtulerit. 3. ut alter se sponte sine iussu alterius huic negotio ob-

* Porro causa efficiens negotiorum gestiois est presumpta sine facta conventio, nisi Dominus absens, et Negotiorum Gestor in negotio gerendo tacite conveniant, sed invicem obligent. Obiectum negotiorum gestiois sunt negotia aliena absentium l. 5. ff. de O. et A. Interdum etiam presentis, si modo ignoret rem suam ab alio geri in eadem civitate, vel provincia l. 21. ff. h. t. Finis negotiorum gestiois est, ne indefensa maneat absentium et ignorantium res sine negotia, sique parere cogantur d. 5. h. Inst. de Oblig. sed ut ea tempestive defendantur l. 1. ff. de negot. gest. Effectus negotiorum gestiois est, ut Dominus et negotiorum gestor ultro citroque ea tacito sine facto contractu obligentur, l. 3. pr. ff. h. t.

7 Quotuplex Q. 4. Quot ex hac obligatione oriatur actio negotiorum gestiois. R. duplex. 1. est actio directa, et 2. est contraria. Directa actio competit Domino, cuius negotium ab alio gestum est, contra negotiorum gestorem, quantum negotiorum gestiois et administrationis sua reddat rationem l. 2. et l. 8. §. 2. ff. h. t. et ut omnino id quod ad negotiorum gestorem pervenit restituat d. l. 8. §. 1. vel ut id, quod dolo aut culpa in negotio gesto commisit reficiat. l. 20. C. h. t. actio vero contraria competit negotiorum gestori, contra Dominum, cuius negotium utiliter gessit ad impensas necessarias vel utiles reddendas l. 9. et l. 28. ff. h. t.

De Calumniatoribus
Cod. g. 46

Q. 1. Quis dicatur calumniari?

R. qui crimen alteri imputat
falso. 2. qui repugnante con-
scientia litigat. 3. qui pecuniam
accepit, seu compendium h. e. lucrum aliquod
sensit sine ab adversario, sine
ab alio, ut alium convinceret,
et hoc est hujus loci

Q. 2. An etiam illa quoniam
actio datur adversus tale calum-
natorem? R. Datur actio intra
annum in quadruplum, et post annum vero
in simplex; quia est poenalis, proutia;

⁹ quia ^{hic} instar
raptoris est.
C. 5. ff. h.

Q. 4. An etiam ille tenetur ex hac
actione poenali qui pecuniam accepit
ne ageret? R. affirm. ex C. j. ff. h.

Q. 5. An hoc actio heredit datur?

R. Neg. quia quatenus ad quadru-
plum datur, tendit ad vindictam; actio
tamen in simplex, vel conditio ob sur-
pente causam heredi conceditur per C. 4.
ff. h.

Z. 6.

Lib. 3.

Q. 6. An contra herede datur?

R. neg. nisi lucrum ad eum perve-
nit; nā lucra turpia etiam
heredi extorquenda. C. 5. ff. h.

Ceterum, hac actio in quadruplum nō
est in usu, sed si qua talis ca-
lumnia occurrat, interesse peti;
et poena arbitraria infligi po-
test. Vid. Struv. hui Thes. 60.